

**USR LOMBARDIA- CUSL (Consulta Universitaria di Studi Latini)**  
**Certificazione delle Competenze della Lingua Latina 2025 - Livello B2**

*C. Canii deceptione*  
*Summarium*

Fraudolentae domiciliorum emptiones non nostris tantummodo fiunt temporibus, ut fabula de C. Canio nos docet.

C. Canius, eques Romanus, nec infacetus et satis litteratus, cum se Syracusas otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa contulisset, dictitabat se hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebusset, Pythius quidam, qui pecuniam sub usura hominibus offerebat et lucrum sibi hoc modo faciebat, venales quidem se hortos non habere dixit, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis, et simul ad cenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui esset apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit et ab iis petivit ut ante suos hortulos postridie pescarentur, dixitque quid eos facere vellet. Ad cenam venit Canius; opulentiore adparato convivio, navium ante oculos multitudo erat, quisque, quod ceperat, adferebat; ante pedes Pythii pisces abiciebantur. Tum Canius "Quid est hoc, Pythi?" inquit "Tantumne piscium?". Et ille: "Quid mirum?" respondit, "hoc loco est Syracusis quidquid est piscium, hac villa isti carere non possunt". Incensus Canius cupiditate contendit a Pythio ut venderet. Gravate ille primo. Quid multa? Impetrat. Emit homo cupidus et locuples tanti quanti Pythius voluit, et emit instructos. Invitat Canius postridie familiares suos, venit ipse mature, navem nullam videt. Quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam piscatorum essent, quod eos nullos videret. "Nullae, quod sciam," ille, "sed hic piscari nulli solent. Itaque heri mirabar quid accidisset".

Elige quid tibi rectum videatur.

**001** C. Canius multis notum fecit se domum Syracusis emere, quia taedium laborandi eum ceperat et in Sicilia volebat perpetuo vivere

- a. VERUM
- b. FALSUM

**002** C. Canius *interpellatores* fugere dicebat se velle. *Interpellatores* enim sunt:

- a. propinqui et adfines rustici
- b. amici et sodales plurimi
- c. inquisitores, iudices, aliquique magistratus
- d. molesti sollicitatores rerum

**003** C. Canius hortulos emere volebat, "quo invitare amicos et ubi se oblectare posset". *Quo* in hac sententia significat:

- a. ad quem locum
- b. a quo loco
- c. qua de causa
- d. qua ratione habita

**004**

Quod Canius volebat adeo cognitum erat ut in omnium ore atque sermone ille cooperit esse	<b>V</b>	<b>F</b>
Pythius et Canius iam diu sodales erant	<b>V</b>	<b>F</b>

**005** Pythius Syracusanus erat

- a. negotiator
- b. mercator

- c. magistratus
- d. fenerator

**006** Pythius Canium certiores facit

- a. se parvam et aptam domum habere, quam vendere idcirco nequiret
- b. se parvam sed aptam domum habere, quam vendere idcirco vellet
- c. se parvam et aptam domum habere, quam vendere tamen vellet
- d. se parvam et aptam domum habere, quam vendere tamen nollet

**007** Pythius dicitur "apud omnes ordines gratiosus" fuisse. Quid significat?

- a. Pythio propter munera eius omnes milites maximam habebant reverentiam, sine ulla officiorum vel rationum distinctione
- b. Pythius propter munera sua omnes nautas et pescatores sibi adliciebat, sine ulla generis vel rationis distinctione
- c. Pythius propter munera sua ab omnibus Syracusanis colebatur, sine ulla dignitatis vel generis distinctione
- d. Pythio propter munera eius omnes magistratus Syracusis maximam habebant reverentiam, sine ulla officiorum vel generis distinctione

**008**

Sumptuose Canius a Pythio excipitur, quo facilius decipiatur	<b>V</b>	<b>F</b>
Ut Canio melius persuaderet, Pythius pisces ab omnibus tabernis mercatibusque collectos ei offerebat	<b>V</b>	<b>F</b>
Pythius, cum de mercatoribus loquatur, "hac villa isti carere non possunt" dicit	<b>V</b>	<b>F</b>

**009** Canio Pythius respondit "gravate", id est:

- a. summa cum ponderatione
- b. multo tempore intermisso
- c. magno pretio facto
- d. multis difficultatibus oblatis

**010** Canius denique "impetravit" quod voluit, id est:

- a. stipulationem tunc demum fecit
- b. saepius et saepius flagitavit
- c. iustum pretium tandem pactus est
- d. emptionem ad ultimum recusavit

**011** Canius "locuples" dicitur, id est:

- a. nimium credulus
- b. ditissimus
- c. stultissimus
- d. nimium delirus

**012** Canius denique emit quod vult et emit eos "instructos". Scribe latinum verbum cui in hac fabula *instructos* tibi videtur referri

**013** Quos invitat homines Canius, ut nova domus festive inauguretur?

- a. parentes
- b. consci
- c. socii
- d. amici

**014** Canius pervenit ad novam possessionem "mature". Hoc significat:

- a. lento pede
- b. festinanter
- c. multa cum gravitate
- d. iuvenili ardore

015

Festivis quoque diebus piscari solitum erat	V	F
C. Canius simplicissimus et a rebus mundanis avulsus erat, ideoque facilius a Pythio in insidias inducitur	V	F
Qui hanc fabellam scripsit inducit nos ut Canium emptionem considerate confecisse credamus	V	F

016

**Hic est auctoris verborum paraphrasis. In proxima exercitatione iunge numerum verbo (omnia vocabula addenda sunt).**

C. Canius, eques Romanus, homo 1 et scitus, cum Syracusas venisset non negotiandi sed otii causa, ut ipse persaepe 2, volebat villulam mercari ubi amicos invitaret et sine molestia se relaxaret. Hoc cum divulgatum esset, Pythius quidam, qui pecuniam mercatoribus 3, dixit se possessionem habere quam non venderet, sed Canio licere uti ea, et eum ad cenam invitavit. Canius cum promisisset se venturum esse, Pythius, homo apud multos 4, pescatores convocavit et iussit eos ante hortos pescari, et adiunxit quid faciendum illis esset. Canius ad cenam venit; convivium opulentum erat, multae naviculae ante oculos adstabant, et quisque pisces captos 5; pisces ante pedes Pythii iaciebantur. Tum Canius miratus est tam multos pisces praesto esse, sed Pythius respondit illum esse locum ubi omnes pisces Syracusis inveniri possent. Canius, emptionis 6, Pythium persaepe 7 ut hortos venderet. Pythius primo negavit, tandem vendidit. Canius emit eos. Postridie amicos invitavit, sed cum venit, nullam naviculam, ne minimam quidem cymbam vidit. Vicinum quendam rogavit si dies 8 esset, sed ille dixit se nescire, sed neminem de more pescari illic et se pridie multum stupuisse propter magnam cymbarum copiam.

**VERTE!**

Stomachabatur Canius, sed quid faceret? Nondum erat lex a C. Aquilio lata, in qua, cum quaereretur quid esset "fraus", respondebatur "cum esset aliud simulatum, aliud actum". Ergo, et Pythius et multi alii, aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi et malitiosi hodie recte iudicantur, et nullum eorum factum potest adprobari, cum sit tot vitiis inquinatum. Quodsi Aquilii definitio vera est, ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est, neque ut emat melius, neque ut vendat melius, quicquam simulabit aut dissimulabit vir bonus.


**Verba latina quae tibi apta videntur ut istae tabulae explicitentur vel ironice interpretentur, adscribe**



---

---


---



---

---

---



---

---

---